Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque Nec non Haereditarius Dux Saxoniae Princeps & Elector.

Sto

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis, Consensisse Nos et permisisse, Consentireque et permittere Gnoso Paulo Kaczkowski, ut possit & valeat de Omni & Integro Jure Suo Advitalitio, quod Ipsi Super Advocatiam desertam Zakowice dictam in Palatinatu & Districtu Brestensi Cujaviae Sitam, servit et competit, cedere illudque in Personas Gnosorum Ludovici et Agnetis de Domachalskie Włostowskich Conjugum plenarie transferre et transfundere, quae quidem Cessio Jurisque Transfusio posteaquam Coram Actis quibusvis authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri Sumus, uti eam quae mero Consensu Nostro peragetur, Vigore Cujus Cessionis, praesentisque Consensus Nostri, praefati Gnosi Włostowscy Conjuges eandem Advocatiam desertam Zakowice dictam Cum Omnibus Ejus Agris, pratis, campis, hortis, Sylvis, nemoribus, pascuis, fluvys, stagnis, Usibus, Commodis, et Emolumentis [illegible] Attinentiis et Pertinentiis, eo [illegible] Spectantibus, nullis penitus Exceptis, tenebunt habebunt, et possidebunt, [illegible] Jlleque utentur ad extrema Vitae Suae tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenis Successoribus Nris non esse Nos, neque Serenos Successores Nostros, praefatos Gnosos Włostowskich Conjuges ab Usu et pacifica possessione praedictae desertae Advocatiae amoturos, neque Alienaturos, aut Cuipiam amovendi potestatem daturos; Sed Salvum et Integrum Jus Advitalitiale conservaturos; quod et Sereni Successores Nri praestabunt Ratione Ejus Advitalitatis Solitam Proventuum Quartam ad Thesaurum Regni inferre tenebuntur Juribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeque Sanctae Catholicae Salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni Communiri jussimus. Datum Varsaviae Die V. mensis Octobris Anno Domini MDCCLXXXVI. Regni vero Nostri XIII. Anno.

Augustus Rex

Consensus Cedendi de Advocatia deserta Zakowice in Palatinatu et Districtu Brestensi Cujaviae Gnoso Paulo Kaczkowski in Personas Gnosorum Ludovici et Agnetis de Domachalskie Włostowskich Conjugum

Casimir Mlocki Dapifer Wyszogrod. S. R. M. Mtis Sigilli Majoris Regni Secretarius

[illegible]anali[illegible]
Cels[illegible]issimi C[illegible]
ipsi[illegible]
Andr[illegible] C[illegible]
z Zału[illegible] piscop[illegible]
[illegible]gis [illegible]ani Sup[illegible]
Regni Canc[illegible]

Sigillatum

[illegible] Und Pawlum Kaszło[illegible]
[illegible]na [illegible]
[illegible]ckich [illegible]

420